



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

LII. Vt natalitia vel nuptiae in quadragesima non fiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

LII.

Quod non oporteat in quadragesima aut nuptias aut natalitia celebrari.

31. quæst. 4.
Non oportet in 40.
aut

LIII.

Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias, plaudere vel saltare, sed venerabiliter cœnare vel prandere, sicut Christianos decet.

LIV.

Quod non oporteat sacerdotes aut clericos quibuscumque spectaculis in scenis aut in nuptiis interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos conuenit, atque inde discedere.

id est, tibicines,

LV.

Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis vel commissaliis conuiuia celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.

Dist. 44.
Non oportet.

LVI.

Quod non oporteat presbyteros ante processionem Episcopi introire sacrarium & sedere, sed cum Episcopo debent ingredi, vel in subselliis sedere; nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiatur Episcopus.

Dist. 95.
Non oportet presbyteros ante.

LVII.

Quod non oporteat in villulis vel in agris Episcopus constitui, sed visitatores. Verumtamen iam pridem constituti nihil faciant præter conscientiam Episcopi ciuitatis. Similiter & presbyteri præter consilium Episcopi nihil agant.

Dist. 80.
Non debere in vicis & in

LVIII.

Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab Episcopis vel presbyteris.

Concil. Tom. 2.